

4526
Q. F. F. F. Q.
DISSERTATIO JURIDICA 9
De 1674 126.

PROCURATORIBUS,

QVAM
AUCTORITATE ET CONSENSU MAGNIFICI
JCTORUM ORDINIS,
IN ILLUSTRISSIMA AD ALBIM WITTEB.

SUB PRÆSIDIO
VIRI MAGNIFICI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,
ATQVE EXCELLENTISSIMI

DN. VVERNERI THEODORI MARTINI,

J. U. D. & PAND. P. P. LONGE CELEBERRIMI,
SERENISS. AC POTENTISS. ELECT. SAXON. A CON-
SILIIS, CURIÆ ELECT. CONSIST. ECCLES. SCABINATUS
ET FACULT. JURID. QVÆ HIC SUNT, NEC NON
JUDICII PROVINCIALIS IN INFERIORI LUSATIA
ADSESSORIS GRAVISSIMI,

DN. PATRONI, PROMOTORIS ATQVE PRÆCEPTORIS
Omni honoris cultu ætatem venerandi
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISITIONI
SUBMITTIT
AUTOR ET RESPONDENS

HENRICUS GRENPLER/

Saganò - Siles.

IN AUDITORIO JCTORUM
AD DIEM VIII. APRIL. A. C. clc lxxiv.

WITTEBERGÆ, Excud. bat DANIELIS SCHMATZII Acad. Typ. reliq̃a Vidua.



DISSECTATIO
DE
PROCURATORIBUS
ANONIMIS ET COGNOMINIS
IN
VIRI MA
MARTINI
IN
HENRICHUS
IN



DEUS FAVE!

St aliquid, nosse terminos Juridicos, scire, quid Jus naturale, quid Jus Gentium, quid Civile sit, idq; vel commune vel proprium; est aliquid, gnarum esse Juris personarum & Juris rerum, Juris deniq; actionum, & ut multa paucis comprehendam, est aliquid LL. contemplari, subtiliterq; scrutari & rimari, & ita peritum esse speculativi Juris studii; Præstat tamen indubiè agere, & ad ipsam *πείνη* actiones nostras dirigere. In hoc enim unicè acquiescit Juridicina, nec speculativæ scientiæ scopo contenta est, sed nobilissimum *πρὸ* agere expetit, imò exposcit: unde apparet, verissimè sentire, qui theoreticæ & praxeos coadunationem suadentes, ut theoretico practicum adjungatur Studium, seriò adhortantur, cùm aliàs omne tempus, cujus tamen unius, ut cum Seneca loquar, concessa est avaritia, frustrà conteratur & nihil agendo consumatur. In Scholis Nobis præprimis iis insudandum, quæ scitu maximè sunt necessaria; nec his solùm, sed & Judiciis inserviamus, ne, cùm in forum veniamus, putemus nos esse in alium orbem translatos. Eò quoq; in studiorum meorum curriculo tendi, eoq; direxi arcum, monente Ario Pinelo, qui *ad L. 2. C. de rescind. vend. p. 2. c. 4. n. 2.* de Studio Juris rectè instituendo, & successu felici conficiendo, tale suppeditat consilium; Ego, inquit, post longam legendi professionem, postq; diligentissimam foro navatam operam, in eâ sententiâ sum, quod theoria sine praxi digestam solidamq; Juris cognitionem præstare nequeat, praxisq; absq; theoriâ maximè periculosa & manca evadat. Volupe & fuit materiam nobilissimam de PROCURATORIBUS, quæ per se satis digna, eligere, illamq; paucissimis thesibus includere. Nolui enim Disputationis excedere limites, quæ brevis & succincta esse debet, contra v. omnis prolixitas evitanda. Cùm & Jus Sax. in quibusdam casibus à J. Cli discrepet, planè hic intactum haud relinquam, imprimis verò sistam quæstiones praxin crepantes. Quid quæso juvat in minutiis theoreticis nimis immorari, & stipulam pro flore arripere *Treutl. Vol. 1. Diss. 1. §. 8. l. c.* Scire ea, teste Heigio, *ad §. 2. Inst. de I. N. G. C. n. 20.* nonnihil prodest, ignorare parum nocet. Capesit igitur, L. B. Dissertationem hancce meam, & si minus accuratè, & ad palatum tuum sequentes emisero paginas, veniam mihi des, hanc materiam componentem, primò non scribenti, laborem meum boni consulas: generosi

nerosi enim animi est in difficilioribus lapsis facile ignoscere, in quibus si non eventus, intentio tamen laudanda est: & in magnis vel voluisse latet. A nemine forsitan, nisi ab ipso Theone, vel qui huic fidissimam fraternitate aut affinitate conjunctus, aut praefractè malus esset, peculatus accusationem vereor, sed & hos non curo, quin potius ablegatos volo ad Gell: c. 2. lib. 13. Quod in pomis est, verba sunt Gellii, itidem est ingenii, quaedam acerba nascuntur, post fiunt mitia & jucunda: Sed quae gignuntur statim vieta ac mollia, atque in principio sunt avida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est ingenio, quod dies atque aetas mitificet. Sed missis his & aliis, ad rem ipsam me accingo, praemisso Lipsii voto, quod ille aggreditur scriptionem Politicæ: *Tu mihi Dux, magne DEUS, & manum hanc mentemque dirige, ut salutaria videam, dijudicem, promam!*

§. I. PROCURATORIS Vocabulum in Jure nostro diversimodè accipitur, ita, ut nulla nobis feliciter cedere possit tractatio, nisi potiores Vocabuli significatus in vestibulo exponamus, (1) Significat eum, qui est reverà Tutor pupillorum & Curator minorum, L. 3. de tut. & rat. distrab. l. 24. in pr. de admin. & peric. Tut. L. 23. §. 2. 3. de Instit. hered. Verùm in hoc ab invicem differunt: hi non Mandato, uti Procurator, sed auctoritate, eaque vel immediatè vel mediatè per testatorem & Judicem administrationem suscipiunt, & pro aliis curant, atque hoc modo Procuratores ex vi conjugatorum dici possunt, non enim ex contractu Mandati, sed ex quasi Contractu tenentur, L. 5. §. 1. π. de O & A. (2) Procurator dicitur ille, qui aliena negotia suâ voluntate curat seu procurat: ubi saepiusculè Vocabulo Procuratoris notatur negotiorum gestor, qui intuitu amicitiae, absentis negotia gerit, etiam extrajudicialia, quod tamè non procedit in Procuratore L. 2. L. 24. de neg. gest. L. 12. §. ult. L. 34. §. 6. L. 58. de Solut. L. 13. §. 2. π. de petit. hered. (3) Vocabulum Procuratoris aliquando denotat Defensorem, qui sc. sine Mandato reum absentem defendit, L. 24. C. de Proc. L. 8. in pr. vers. ad defendendum & vers. ult. L. 14. 15. §. 1. L. 27. §. 1. L. 28. 29. 35. §. ult. L. 39. L. 45. §. ult. L. 46. pr. π. de Procur. L. 5. §. 19. de Op. nov. nunc & multis aliis π. LL. (4) Hodierno usu communi propriis Advocatis accipitur, qui causis agendis quoque studio operantur L. 1. §. 11. de extr. cogn. quiq; reverà videntur Causidici seu Advocati, Fürsprecher / Redner. Sed hoc in sensu toto nostro Juri Procuratoris verbum non usurpatur, excipias tamen L. 27. C. de Procur. (sed non pro Authentica habetur) vid. omninò Treutl 1. D. 8. 0. 1. Variis praeterea modis diffe-

differunt Procuratores ab Advocatis, hi enim vel Actori vel Reo quidem assistunt, sive in scriptis, sive viva voce consiliis suis: litem autem ipsam non suscipiunt, uti Dominus Procurator verò litem Dominus demum fit post litem contestatam, *L. 22. §. seqq. C. h. t.* Advocati non ipsi litigant, sed litiganti parti s. Principali s. Procuratori ejus assistunt, suâq; prudentiâ legali opem ferunt, Procuratores verò nō item. Advocatus de J. C. l. nemo esse potest, nisi Jurisperitus: sed Procurator per se adeò vile exercere videtur officium, ut etiam Procurator infamis admittatur, *juxta §. ult. Inst. de Except. & Procurator ob dignitatem aliquâ à Procuratoris officio se excusare possit L. 8. §. ult. π. de Proc. Conf. Colleg. priv. VIRI Nobilissimi juxta ac Excellentissimi DN. PRÆSIDIS, Patroni ac Promotoris maximi, ad h. t. π. de Proc.* Hodiè maximè mixtum videtur hoc Vocabulum, quam mixtionem inde forsan originem traxisse putamus, quod superioribus seculis maximè à Canonistis vocabulum Procuratoris promiscuè usurpatū fuerit etiam de Advocatis, ita ut vocabulo Procuratoris l. Advocati unam personam putaverint, wann nembsich eine Person Anwalt und Advocat zugleich ist/ *vid. C. J. A. ad tit. π. de Proc.* (5) Deniq; Vocabulum Procuratoris sumitur propriè, & de hâc acceptione est etiam nostra Definitio *L. 1. pr. π. h. t.* quam & mox secundum omnia requisita explicabimus.

§ 2. De notatione Vocabuli Procuratoris nihil hic præfamur, nec eam multis examinare multum interest. Litem istam remittimus potius ad Grammaticos, gentem aliàs contentiosam, qui vocabulorum anatomias in deliciis habent, quiq; felices se putant, sicubi inveniant, quem ob malè sectum verbum rodant, quem carpant, quem scuticâ & flagello prosequantur. Exulent hi verborum artifices, captionum laqueos strepentes, qui in muscipulâ syllabas capiunt, quibusq; multum temporis verborum cavillatio eripit, & captiosæ Disputationes, quæ acumen irritum exercent, *Jo. Brand. in de ver. & sim. J. C. torum Philos. Lib. c. 2.* Major a. cura nobis erit circa Definitionem realem, tanqv. cardinem totius nostri propositi: Eam vero Nobis suppeditat Lumen illud J. C. torum, Ulpianus, *in L. 1. pr. π. de Procur.* estq; hæc: *Procurator est, qui negotia aliena mandatu Domini administrat.*

§ 3. Definitio hæc licet non è Dialecticorum spinosis formulis & minutiloquiis anxioq; concipiendi modo, qui in Scholarum umbris obtinet, petita, maximè tamen accurata & perfecta est, approbante Magnif. Dn. Franzk. *in Comment. ad h. t.* ubi hanc secundum omnia

sua membra eleganter & solidè explicat. Pauca igitur circa hanc no-
tatu digna impræsentiarum annotare lubet. *Mandans Dominus* in
Definitione dicitur, non quidem ratione potestatis, sed alio sensu:
quod nimirum ipse quasi Princeps sit in negotio, dum & mandat atq;
imponit alteri, ut *L. 1. pr. L. 8. §. ult. L. 10. u. 12. 15. π. b. t.* & propriissimè
Dominus litis *L. 30. 31. b. t. L. 14. si qv. Caut. L. 1. C. de sentent. & In-
terloc. L. 1. C. de error. Advoc.* Negotia suscipiens dicitur id exequi
servili obsecundatione, *L. 34. C. de Decur.* Dicitur porrò in Definit.
Procuratorem *aliena negotia* administrare, hoc intelligendum esse
puto de tali procuratore, qui ab ipso Dn. litis differt; hinc Procura-
tor in rem suam, qui nim. alieno svasu & consilio res proprias admini-
strat, propriè Procurator non est. Verbum *Administrare* quod at-
tinet, illud, quatenus de Procuratore prædicatur, in Jure accipitur
dupliciter, *latè*, & denotat ipsum officium Procuratoris, de quo suo
loco dicemus bonorum s. litis, *arg. L. 1. 33. §. 1. b. t.* sive hæcqu; ratione
Procurator differt ab Advocato: *strictè*, & tùm negotia administrare
κατ' ἐξοχήν significat negotia extrajudicialia gerere, & tùm huic op-
ponitur Actor, *L. 43. pr. L. 35. π. b. t.* Sed hoc loco administrare di-
citur aliquis aliena negotia cum effectu, qui Judicium quasi in se
transfert, & se tanquam Dominum litis exhibet s. Actoris s. Rei par-
tes sustinendo: quam Definitionem pluribus eruditissimè enodabat
explicabatqu; Nobiliss. & Consultiss. DN. PRÆSES, Patronus ac Pro-
motor meus, omni honoris cultu devenerandus, cui & lubens qualem
qualem meam Studii Juridici notitiam gratâ mente in acceptis refero.

§. 4. Depictâ sic reali Definitione, methodica Lex ad Divisionem
jubeat accedere. Quælibet enim res divisa melius intelligitur, *Gloss. ad
L. 1. π. de Dol. mal. except. in verbo, quo lucidius sub lit. P.* Et animum
legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriam ingenio-
sè reformat, *Gloss. in Proem. Inst. §. igitur, in verb. easdem Inst. sub. lit.
S.* Omnes tamen Procuratoris Divisiones, quæ passim in Jure tradun-
tur, & à nonnullis Dd. finguntur, impræsentiarum recensere, nec lu-
bet, nec opus erit. Sat erit, si primarias saltem exhibeamus, reliquas
ingeniis magis curiosis relinquentes. Primò Procurator dividitur
ratione Subjecti, in Procuratorem in specie sic dictum, qui Actoris
Jus persequitur; & in Defensorem, qui est Procurator Rei. Et ille qui-
dem cum Mandato expresso Domini, hic v. sine eo aliorum negotia ge-
rit, tanquam sua. Principaliter nempe in *Tit. π. III. de Procurat.* agitur
de Pro-



de Procuratoribus in litem, qui in Judiciis aliorum lites l. pro ponunt
l. defendunt: de Procuratorib. n. extrajudicialibus, s. qui aliena negotia
administrant expresso Mandatu Domini extra Judicium, qui & simpli-
citer dicuntur Mandatarii, Verwalter und Bevollmächtigte: plura ha-
bentur circa materiam de Contractib. Tit. Mandati l. contra Libr. XVII.
π. Deinde dispescitur ab Objecti quantitate: alius enim est Procurator
generalis, alius specialis: generalis instructus est Mandato generali
L. 58. 60. 63. π. h. t. & describitur, quod sit talis, sicut generaliter re-
rum s. bonorū administratio commissa est L. 1. §. 1. L. 58. L. 60. 63. h. t. L. 12.
de Pact. L. 61. de Inst. act. L. 7. de Calumn. de universis negotiis gerendis
L. 25. §. 1. de Min. L. 25. §. 3. de Edil. Edict. qui plenam potestatem a-
gendi habet L. 10. C. h. t. & hi videntur etiam Actores dici L. 19. C. h. t.
cui assimilatur Procurator vel Actor prædii L. 16. C. h. t. Specialis
Procurator dicitur ille, qui ad unam saltem rem, causam vel litem
datus L. 1. §. 1. d. l. 58. c. 5. de Proc. in 6. qui Mandatum speciale habet,
cui una res specialiter vel nominatim commissa est, L. 16. C. h. t. L. 1.
§. 1. L. 39. §. ult. L. 40. pr. L. 47. 48. h. t. L. 25. §. 1. de Minor. Olim qui-
dem dubitabatur, num verus Procurator sit ad unam rem datus? Nos
omissis aliis arg. L. 1. §. h. t. affirmamus, quod & hic verus sit Procura-
tor, extra tamen illam causam & speciale Mandatum pro Procura-
tore non agnoscitur: illius tamen potestas longè major est, qui genera-
le habet Mandatum, sub quò v. non comprehenduntur res magni
momenti e. g. Transactio L. 60. h. t. alienatio rerum L. 63. h. t. nisi sint
fructus vel aliæ res, quæ facilè corrumpi possit.

§. 5. Huc quoque spectat illa, quæ Procurator alius est singulorum &
privatorum, de quò etiam in h. t. agitur: alius Procurator est Univer-
sitaris, Reip., Collegii, Societatis, Corporum & Tribuum, sed horum
Actores non Procuratores, sed peculiari nomine Syndici dicuntur, de
quibus habetur Tit. IV. π. q. cujust. nom. & c. Postea Divisio alia petitur
ab Objecti qualitate, alius nim. Procurator Judicialis dicitur, ad actio-
nes s. litis datus L. 33. pr. π. h. t. qui ex Mandato s. Actoris. s. Rei Jus
in Judicio persequitur tueturve L. 1. 71. 72. π. h. t. L. 2. C. eod. Umm.
Disp. 3. 0. 1. n. 2. German. Bevollmächtigter / Anwalt: videtur dici à
Græcis δημόσιος ἐντολεύς, quasi publicus Procurator L. 27. C. h. t. Pro-
curatoris enim officium civile & publicum est L. 2. de R. I. alius est
Procurator extrajudicialis, qui ad negotia saltem extra Judicium ad-
ministranda constituitur: simpliciter Mandatarius dicitur & Procura-
tor

rator bonorum, *vid. Tit. Mand.* Pertinet huc omninò Divisio, quã Procurator *alius* dicitur cum liberâ, *alius* sine liberâ administrandi potestate constitutus *d. l. 58. π. h. t. ille* majorem, *hic* minorem habet potestatem. *Illum* appellamus, cui non solum omnium bonorum administratio à Domino demandata, sed eidem quoque plena ac libera potestas bona ista administrandi commissa est, & ut ipsi Domino, res suas administrare licet *L. 60. π. Mandat. hunc* dicimus, cui quidem & ipsi universorum bonorum concessa est administratio, non tamen libera. Et quamvis Bachovius, Duarenus, Donellus, Franzk. Treutl. Hahnus ad Wesf. & plerique Juri negent Procuratorem universorum bonorum alium esse cum liberâ, alium sine liberâ, sed quemvis Procuratorem universorum bonorum cum liberâ constitutum existiment, hancque Divisionem ideò rejiciant, quod neque Juri sit cognita, neque consentanea: Illis tamen assentiri non possumus, sed potius contrarium defendimus: licet enim de Juri non sit vera, Jure tamen Can. canonisata, *c. 9. X. & c. 4. in 6. de Procur.* In foro quoque & apud Pragmaticos celeberrima: cui peculiare effectus tribuuntur, ideòque ob communis opinionis auctoritatem non est negligenda: Consentit & *Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. n. 84. seqq. cujus verba hæc sunt:* Quamvis clausula cum liberâ necessaria non sit ad mandatum, utiliter tamen apponitur ad hoc, ut via exclusioni unius vel alterius Articuli expressè haud nominati præcidatur. Quid? & in ipsis LL. Rom. hæc Divisio fundata est, *d. l. 58. & 63. π. h. t. Rosbach. in Proc. JClis cap. 19. n. 16.* Deinde res ipsa dicitur, diversa hæc esse, administrationem omnium bonorum & liberam omnium bonorum administrationem: nec sequitur, habet potestatem administrandi universa bona, ergò habet & liberam. Liberum etenim Dominis l. Procuratoribus ad litem plenam & liberam, vel limitatam & circumscriptam dare agendi vel defendendi potestatem *L. 60. 63. π. h. t. & juxta L. 3. 4. d. t.* licet Procuratorem dare, vel purè, vel sub conditione, vel ex die, vel ad diem, vel ad certum usque tempus, vel in perpetuum, ut hoc modo Procurator sine liberâ procul dubio opponatur Procuratori, cum liberâ potestate constituto. Denique, si Procurator totorum bonorum alius non esset cum liberâ, alius sine liberâ, frustra in tot locis Juris nostri mentio fieret Procuratoris totorum bonorum cum liberâ, *ut in L. 9. §. 4. π. de acquir. don. d. l. 58. h. t. & §. nihil Inst. de Rerum divis.* Verùm de his prolixius differere non est hujus loci, nec tempus plura permittit.

Quæri-

Quæritur: Num Procurator universorum bonorum in Judicio sine Mandato speciali admitti possit? Et dubium videtur esse, distinctione tamen expediendum, inter Procuratorem universorum bonorum, saltem extra judicialia & ad Judicialia constitutum: German: ob er ein bloßer Verwalter der Güter un Vorwerge, oder auch Gerichts-Verwalter: atq; hâc ratione ille sine speciali Mandato Procuratorio non admittendus est, nisi causa sit talis, quæ ex administratione illius fluat. Sufficiat hæc pauca annotâsse: transeo jam ad ultimam Procuratoris Divisionem.

§. 6. Procurator *ratione finis*, alius est Procurator in rem & utilitatem Domini, qui rei alienæ præficitur, & ad quem Definitio propriè spectat *L. 8. §. 2. quib. mod. pign. l. hypoth. alius in rem suam vel proprium commodum L. 1. pr. L. 32. in fin. L. 34. L. 39. §. 1. & seqq. h. t.* & huic Definitio impropriè competit; administrat quidem negotia aliena in alterius utilitatem sed & suam, & hoc respectu dicitur Procurator in rem suam, res enim hic significat utilitatem. Prior non opus habet titulo, sed solo Mandato Domini est tutus: posterior v. indiget titulo, quia nim: Dominus vendidit, aut quoquo modo actiones cessit v. g. Dotis, Donationis, Cessionis, Dationis in solutum, Venditionis *L. 55. 34. π. b. t. vid. Magnif. Dn. Franzk. hâc de re subtiliter sentientem Comment. ad h. t. n. 43. ut & Bachovium aliosq; plures. Quæris forsan, num & hæc Divisio in LL. fundata sit? respond. non tam in ipsis LL. Juris Rom. fundatam, quàm praxi receptam esse L. 29. 34. 61. π. b. t. ibi enim dicitur, quod si Actor malit Dominum potius convenire, quàm eum, qui in rem suam Procurator est, hoc ei liceat: ut &, quod Procurator damnatus conveniri non possit, nisi in rem suam datus. Illam v. longè subtiliorem Divisionem, in voluntarium & necessarium, eruditè enucleatam habes apud Donell. *l. 16. 18. Comm. 13. Umm. Disp. 3. θ. 2. add. Dn. Franzk, Comment. ad d. t. n. 46. conf. quoq; L. 33. §. 5. & ult. π. d. t. l. 12. C. de rescind. Vend. L. 2. C. de dividend. Tut. L. 11. C. de Fidejuss.**

§. 7. Famosa quoq; est Divisio, quando alius dicitur Constitutus, alius Substitutus, German. ein Con- und Substituirter Anwald. Sæpè enim accidit, ut Procurator datus aut nolit agere aut conveniri nomine Principalis, vel non possit ob valetudinem, necessariam peregrinationem, vel aliam justam causam, quæ multifariæ recensentur in *L. 9. & seqq. L. 18. 19. seqq. π. b. t.* alium suo loco substituat. Hinc quæ-

B

stio



Actio nata est, quæ & à multis Dd. præsertim Gail. 1. Obs. 74. Hartm. de Procur. Obs. 3. Wurmsler. de Proc. Obs. 16. & Observ. 1. Mynsing. Observ. 43. C. 1. agitur? An Procurator substitutus possit alium substituere? Præallegati Dd. affirmativam tenent, Procuratorem nempe substitutum, qui litem est contestatus, posse alium substituere, non quidem vigore Mandati, sed quia dominus factus est litis. Nos meliori procedentes via cum Nobiliss. ac Excell. DN. PRÆSIDE in Lect. priv. hanc quæstionem rectè negamus, potestatem enim substituendi non habet Procurator, nisi ex speciali Domini concessione. Et licet de J. C. Rom. inter Substitutionem Procuratoris ante vel post litem contestatam factam distingvatur, ut nim. post illam alium liceat substituere. Procurator enim litis dominus factus est L. 2. C. de Confort. ejusd. lit. non v. hoc ante L. C. procedit. De Jure tamen Sax. hodierno neq; post L. C. Substitutio Procuratoris sine expresso Mandato Domini fieri potest, quia personæ industria videtur à Dno. electa, ut ei à Procuratore alius invitus obtrudi non possit. Hinc hodiè in Mandatis solennibus hæc clausula cum liberâ potestate iterum iterumq; substituendâ apponi solet: daß der Bevollmächtigte/ dofern er verhindern würde/ an seine statt einen andern zusetzen und zuverordnen Macht habe. Consecrationem igitur ex præcedentibus, hoc fluit, Procuratorem ipsum alium vel alium substituere non posse, quod tamen in Procuratore substituto magis procedit, Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Artic. 5. §. 1. & seqq.

§. 8. Quibus ita sufficienter explicatis, breviter etiam, personas illas, quæ Procuratores dare vel non, quæve dari possunt vel non, explicemus: & quod illas attinet, quæ dare possunt, petenda est regula ex L. 43. §. 1. π. h. t. Omnes Procuratorem dare possunt, qui non prohibentur: prohibentur autem Procuratorem dare vel natura, vel lege: & natura quidem Infans, qui nec tutore auctore Procuratorem dare potest, §. ult. Inst. de Cur. L. 24. de admin. tut. Pupillus, qui fari potest sine auctoritate tutoris L. 11. C. h. t. L. 4. si adv. rem jud. nec furiosus, mente captus, mutus & surdus simul L. 5. 40. π. de R. I. L. 43. π. h. t. Lege prohibentur Tutor & Curator ante litem contestatam L. 8. 11. 23. C. h. t. L. 8. §. 3. Mand. L. 4. §. ult. de Appell. L. un. C. de act. à tut. f. cur. dand. vid. Mynsing. 2. O. 38. Hartm. 5. Obs. 6. Servus L. 15. ex quib. caus. maj. Actor, Universitatis in publico negotio L. 74. π. b. t. De Jure Can. prohibentur Excommunicati, qui neq; Ecclesiæ neq; Reip. communionem habent & Banniti, qui civiliter mortui sunt, c. fin. X. de Proc.

Proc. cap. 8. de Sent. Excom. in 6. de Bannito v. Actore hoc intelligendum est non v. de Reo, pro hoc n. Procurator rectè intervenit: defensio quippe est Juris naturalis, eoq; ipso pro habili redditur, si citerur, Gail. lib. 2. de Pac. pub. c. 12. Umm. Disp. 3. ad Proc. Jud. 6. 4. Visis his quæ prohibentur, facilis erit earum recensio, quæ possunt Procuratores dare: Possunt igitur dare, pupillus, qui dari potest autore tutore L. 11. C. h. t. L. 4. C. si adv. remjud. minor 25. annis cum consensu Curatoris d. l. 11. & sine eo l. 14. C. h. t. L. 43. §. 3. de Min. filius & filiam. L. 38. pr. L. 33. pr. h. t. Actor & Reus, L. 2. C. h. t. qui de statu suo litigat L. 33. §. 1. L. 14. C. de lib. caus. patronus contra libertum & vice versa L. 35. §. 1. π. h. t. muti, surdi eo modo quò possunt, L. 43. L. 20. de bon. poss. De Jure Can. Prælati ante L. C. c. 1. §. 9. X. de Proc.

§. 9. Progredimur nunc ad illas personas, quæ Procuratores dari possunt vel non. Omnes similiter Procuratores dari possunt, qui non prohibentur, d. l. 43. §. 1. h. t. Speciatim v. à Procuratoris officio repelluntur Mulieres, ne sc. contra pudicitiam, sexui congruentem, alienis causis se immisceant, L. 1. §. 5. π. de Postul. nec virilib. officiis fungantur L. 2. π. de R. I. §. ult. Inst. de Except. L. 41. 54. pr. h. t. L. 4. 18. 21. C. de t. L. 2. π. de Injur. L. fin. C. de arbitr. Multæ quidem exceptiones de J. Cli Rom. de Fœmina dantur, ut illa propter subitam expeditionem pro liberis, pro Patre, pro vindicatione Cognatorum possit admitti L. 4. C. h. t. dec. Neap. 143. Spec. hic §. ratione n. 1. p. L. 3. de lib. caus. Sed de Jure Sax. mulieres sine Curatore in Judicio comparere nequeunt, nedum pro seipsis nihil validè agere possunt, multo minus pro aliis admittuntur, adeò ut si illæ Curatorem non habent, ipse Judex ex officio eis det tam ad agendum, quàm ad defendendum: aliàs nisi hoc factum sit, adversarius rectè petit, se ab instantia absolvi, mulieremq; in expensas damnari, P. D. Tit. 8. wie die Weibspersonen vor Gerichte handeln mögen: nec Abbatisa pro Monasterio procuratrix esse potest. Minor qui 17. annum nondum implevit §. 5. in fin. Inst. qui §. q. ex c. manum. Infans, mutus, surdus, perpetuo morbo laborans, furiosus, servus ad litem d. l. 43. h. t. L. 54. pr. h. t. l. 5. de postul. l. 2. §. 1. h. t. L. 9. pr. L. 13. si quis caut. in Jud. sist. caus. fact. L. 6. C. de Jud. Miles L. 7. 8. C. h. t. L. 8. §. 2. L. 54. π. h. t. publicè enim interest, ne ab excubiis & munere militari abstrahantur, cum milites arma, non Leges scire præsumantur L. 22. C. de Jur. delib. Rei capitalium criminum L. 6. C. h. t. absentes Reip. causa, ne absentia suâ moram

afferant iudicio, *L. 8. §. fin. π. 9. π. h. t. potentiores L. 1. C. ne lic. po-
tent. & c. ut fiscus & Resp. C. ne fisc. l. Resp.* hi enim opibus præemi-
nent, & sic aliis incutere possunt metum, Sande *de Act. cess. c. 4. v. 8.*
Magistratum gerens *L. 8. §. fin. π. h. t. L. 48. de Jud. L. 54. h. t.* E con-
trario Procuratores rectè esse possunt, Mulier in rem suam *L. 4. C. h. t.*
l. 1. C. de O. & A. Minor, § 5. in fin. Inst. qui & quib. caus. manum. L.
23. π. de Min. L. 51. h. t. Schotan. in Exam. Jur. ad h. t. Clericus in Ad-
dit, Schot. Corvin. ad h. t. Sande Lib. 1. Dec. tit. 3. Defin. 3. Miles in rem
suam, *L. 8. §. 2. π. h. t. L. 13. C. h. t.* Maritus uxoris Procurator esse
potest, *L. 2. 14. 21. C. h. t. Libertus contra Patronum L. 35. §. 1. π. h. t.*
Servus ad negotia *L. 12. §. 3. L. 16. Mand. L. 66. de Fidejuss. & Mand.*
Correus, *L. 42. §. 5. π. h. t. Maritus sororis ab uxoris fratre L. 5. C. d. t.*
vid. plura de his C. I. A.

§. 10. Plura hic non minus jucunda, agitari à Nobis possent, nisi ea
tractatui potius scribendo, quàm Disputationi inservirent. Tempus
jam est, ut de causis, in quibus Procurator admitti possit vel debeat,
videamus. Respicendum hic esse tam ad Jus vetus quàm novum &
modernum, nemo ambiget. Et quod Jus vetus attinet, nulli olim fa-
cilè concedebatur per Procuratorem agere, neq; à parte Actoris neq; à
parte Rei: nisi (1) in causa populi Rom. *pr. Inst. de iis per qu. ag. poss.* Po-
pulus enim universus agere non poterat. (2) in causa Libertatis, *Inst.*
ead. Servus nim. agere non poterat; Libertatis tamen favore, qui in
Jure maximus, est, *L. 122. π. de R. I. assertor, i. e. vindex alienæ Liber-*
tatis constituebatur. (3) in causa Tutelæ, quia ipsa ætas pupillaris se
per ætatem defendere non poterat, *§. 1. Inst. de Tut. §. 6. de Attib. tut.*
hæc prohibitio in desuetudinem abiit. Sed Jure novo Procurator o-
mnibus causis & negotiis adhiberi potest *L. 1. §. 2. π. h. t.* nisi quæ di-
sertè exceptæ sint, *arg. L. 43. §. 1. π. h. t.* ut sunt Judicia publica *L. pen.*
§. fin. π. de pub. Jud. L. 2. 3. & 5. C. de his qui accus. poss. Distinguen-
dum sanè hic est inter causas civiles & criminales, in illis tanquàm
pecuniariis, indistinctè admittitur *L. 8. pr. L. 39. pr. π. h. t. L. 2. 26.*
C. h. t. exceptis actibus legitimis L. 123. π. de R. I. Walter. de Privil.
Dd. c. 7. §. 37. v. g. Procurator ad testamentum condendum non potest
dari, quamvis Mandatarius fuerit instructus, quomodo debeat in o-
mnibus testamentum condere, ob rationem, quia testamenti factio
præsentiam ipsius Testatoris desiderat, ne ex ipsius absentia quid mali
committatur *L. 9. C. de Testam. aliter tamen res evadit, si speciale Man-*
datum

datum habet *L. 13. §. 10. π. de Acceptil. nec in adoptione, emancipatione, manumissione, assertione, cum quis ex possessione servitutis in libertatem se asserit, L. 4. C. de vind. lib. & ap. consit. manum. L. 24. 25. §. 1. de Adopt. L. 1. pr. C. de assert. toll. & qui his alii actus legitimi. In v. s. Criminalib. distingvimus inter causam capitalem & non capitalem: In illa de Jure veteri tam a parte Actoris Procurator non admittitur, ob inscriptionis necessitatem, & ex ea imminentem accusatori succumbenti, poenam talionis: quam a parte Rei ob poenae corporis afflictivae executionem, quae in ipsum acesatum & convictum fieri debet, sed saltim ad allegandas causas absentiae *L. pen. §. 1. π. de publ. Jud.* (num absentiae, an v. absentium in hac *L.* legendum sit, vid. J. C. iust. Brunneman. p. m. *ad h. L. pen.*) Conf. Lectiones publ. Spectabilis DN. DECANI, Viri nobilissimi juxta ac excellentissimi DN. WILH. LEISERI. Patroni & Promotoris mei honoratissimi, *ad L. 3. C. de Inscript. & Accus.* Jure autem novissimo moderno, sublato inscriptionis ritu & periculo talionis, a parte Accusatoris, s. Actoris Procurator indistincte admittitur, Zang. *P. 2. de Except. c. 8. n. 112.* Non v. a parte Accusati s. Rei, nisi in sequentibus tantum casibus: si poena irroganda sit pecuniaria aut infamiam aut relegationem non excedens *L. 3. pr. L. 39. pr. π. L. 2. 26. C. h. t. L. 1. π. an per al. caus. Appell. redd. pos. L. 5. pr. π. de Paen.* Deinde si ad allegandam saltem excusationem absentiae interveniat, aut ad exceptionem tantum dilatoriam obtinendam, aut ad interveniendum pro incarcerato, aut ad allegandam innocentiam Rei *d. l. pen. §. 1. π. de publ. Jud.* Tum quando absens damnari potest: Inde si Procurator una cum Reo in Judicio compareat: postea, si Rei praesentia non ipso Jure requiratur: Dehinc si Reus ob adversam valetudinem corporis comparere nequit: Tandem si Tutor, Curator, Syndicus Reip. pro pupillis, minorib. vel Republ. interveniant. Huc quoque pertinet, si Reus est persona illustris. Et haec sunt ferè principales Causae in quibus Procurator admitti possit vel non debeat.*

§. 11. Ad Procuratoris recte constituti Formam requiritur Mandatum *c. 1. X. de Proc.* Procuratorem enim sine Mandato ipsius Domini litis nihil valide agere posse manifestò cuilibet constat: Et Mandatum quasi palmarium est Procuratoris, in quo tota ejus forma consistit, ac sine hoc Procurator verus non intelligitur: pauca igitur hanc in rem de Mandato Procuratorio, oder Vollmacht der Anwâlde / partim de J. C. i. Rom, partim de moderno Sax. Nobis dicenda erunt. De J. C. i. Pro-

curator regulariter non nisi à volente constituitur L. 2. v. potes L. 19. v. voluntas, L. 26. passim, si unicuique C. b. t. Interdum Dominus necesse habet Procuratorem aliquem in rem suam facere, cedendo ei actiones, L. 10. de lib. legat. L. 2. §. 11. π. Deposit. & tot. ferè Tit. π. de Legat. Constituitur etiam non nisi volens L. 2. pr. L. 8. §. 1. π. b. t. L. 17. C. b. t. Procurator Mandato constituitur L. 1. pr. L. 31. pr. L. 42 §. 2. π. b. t. & rati habitione L. 66. h. t. L. 60. π. de R. J. nec certis verbis opus est, nec præsentia adversarii requiritur §. 1. Inst. de iis p. q. ag. pos. Potest & Procurator constitui l. coram l. inter absentes, idq; l. per nunciū l. per Epistolam l. 1. §. 1. π. b. t. Pulchrū admodum Mandati Exemplum extat apud Cicer. in Epist., ubi ipse Scipionis vices suas committit, speciatim in omnibus negotiis Romæ & alibi expediendis, ejus Epistolæ verba reperire licet ap. Mynsing Obs. 84. C. 5. Et hoc de J. Cli R. Jure v. Sax. Procuratori Mandatum datur vel coram & judicialiter vel inscriptis & extrajudicialiter. Mandata namque esse duplicia, alia Judicialia, quæ in Judicio: alia extrajudicialia, quæ extra Judicium adhibentur, testatur inter alios Schneidvv. sup. Tit. Inst. & Mand. in pr. Si præsens est Dominus litis in Judicio, qui Procuratoris approbat actiones, alio Mandato in Scriptis non opus est; Dominus enim litis in Judicio hunc suum Procuratorem esse debere declarat, quæ declaratio deinceps ab Actuario Judicii Actis publicis insinuatur: quò casu postmodum absente etiam Domino litis, quolibet Judicii termino sine Mandato in Scriptis admittitur Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. num. 115. Omnium verò frequentissimus constituendi Procuratorem modus hic est, si formale & in scriptis solenne Mandatum Procuratori à Principali detur, quod extrajudicialiter fieri potest, wann sich der Procurator durch eine richtl. Schriftl. Vollmacht legitimiret. Quæ personarum Legitimatio (ea hoc loco nihil aliud est, quàm personarum alieno nomine in Judicio comparentium, ad agendum l. excipiendum sufficiens habilitatio) ante omnia in omnibus Judiciis, ordinariis & summariis adeò necessaria est, ut, eâ deficiente, totum Judicium reddatur elusorium & nullum, Vantius de Nullit. ex inhabil. & defect. Mand. Tale Mandatum, in scriptis solenne plerumq; in Foro Saxon. in causis ordinariis adhibetur, wann die Partheien zum Recht. versehen verwiesen werden. Et hoc adeò verum est, ut loco hujus solennis Mandati, Literæ l. Epistola principalis in Foro Sax. haud facile admittatur; quia essentialia & formalia rei non possunt suppleri per æquipollens, Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. num.

num. 60. expressus hęc de re textus est in den Churf. P. und S. D. Tit. 7.
Von den Anwälden und Vollmachten.

§. 12. Lubet jam Mandati solennis in Scriptis Requisita (quod secundum Stylum & observantiam cujusq; Curiaē confectum esse debet, Rosbach. in Proc. Jur. C. Tit. 20. num. 25.) penitus inspicere & recensere. Dd. quidem hic ad unum non consentiunt. Nos tamen essentialia & necessaria Mandati Procuratorii in scriptis requisita & in Foro Sax. usitata sequenti ordine delineabimus. (1) Expressum in eo sit Nomen & Cognomen Constituentis & Principalis, ut & ipsius Procuratoris, item Adversarii, s. unus s. plures sint, contra quem, & Judicis coram quo: ob hanc rationem, ut sciatur, an sint personæ legales, & an personā standi in Judicio habeant, de quibus supra sufficienter dictum est. (2) Causa s. lis ipsa L. 65. π. h. t. Ubi concipiens advertere debet, num sit talis Causa, quæ admittat Procuratorem. (3) In Mandato generali ad totam litē directo non opus est singula Actionis & Processus membra exprimere, ad citandum, ad comparandum, probandum, excipiendū audiendum sententiā &c. hęc n. ad officium & Legalitatem ipsius Advocati pertinent. (4) Mandatū ad alios terminos tunc non extenditur, si ad certum terminū l. aliquam partem Judicii Procurator detur. (5) De Jure Sax. novo requiritur, ut illud sit ad hæredes directū, daß die Vollmacht auff die Erben und Erbnehmen eingerichtet. Re assumptio n. Processus Jure hoc Sax. novo est abrogata, hocq; medio evitatur, si Mandatum directum sit ad hæredes. In illis tamen Judiciis extra Electoratum Sax. ubi Reassumptio Processus adhuc viget, non videtur esse necessarium, licet ibidem speciale Mandatum ad Reassumptionem Processus requiratur, Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 5. num. 18. & seqq. (6) Requiritur, ut plenè sit quoad literam extensum s. à Principali s. à Procuratore, unde non sufficit offerri in Judicio & exhiberi chartam blancam vel blancetum, vulgò Blanquet / chartam nim. vacuam, à parte quid subsignatam & subscriptam, sed non conscriptam: non enim habet vim Mandati, nec ad legitimationem personæ sufficit, nisi in integrum Mandatum cum suis clausulis in eo scriptum fuerit, licet vel in subscriptione subjectum fuerit hoc esse Mandatum in tali vel tali causa, Berlich. part. 1. Concl. 14. num. 91. seqq. Et hęc sententia non solum Jure communi, sed & observantiā fori, & Jure Sax. fundata est, præsertim in Appellationum Judicio, Appell. Ordn. in Rubr. Ordnung/wegen des Versetzens / ibi ratio prohibitionis additur, quod nim. hęc Scriptura
vacua

vacua ab Actis facile removeri, & ad alios usus transferri possit. Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. num. 110. (7) De Jurè Sax. in Mandato clausula rati & grati est inferenda, daß der Principal seine des Vertreters Handlung genehm haltent/ auch Jhn deswegen vertreten und schadloß halten wolle: hoc ita in Praxi observari testatur Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. num. 77. Aliàs enim Dominus cavillari posset esse legitimum quid gestum esse à Procuratore: huic sententiæ quoque accedit Rosbach. in Proc. Civ. Tit. 2. num. 24. Hoc ipsum plerique theoretici Jcti, Franzk., Bachov., Rauchb., Hillig. & Schobel. aliique pro superfluo habent: reponunt enim Mandatum tacite hoc secum trahere, ut ille, qui dedit Mandatum, nolens volens approbare & ratificare debeat illa, quæ à Procuratore gesta sunt, unde expressionem illorum, quæ tacite insunt, nihil operari L. 3. de Legat. 1. Sed Wesenbec. in π. ad h. t. priori accedit sententiæ: Largimur equidem allegatis Jctis, ipsum Procuratorem, quando de Mandato satis constat, de rato cavere cogi non posse: hoc n. reverà esset superfluum: Benè tn. Mandato in scriptis inferi potest, ut eò magis obliget Dominum, ne retractet illa, quæ à Procuratore gesta sunt, & non omnia illa in Jure sunt superflua, quæ faciunt ad corroborationem & convalidationem rei. Huic tn. non annumerandum est illud, quod Cautio rati, quæ Mandato inseritur, præcisè debeat fieri sub hypothecâ bonorum ipsius Domini, bey Verpfändung seiner Haab und Güter: Nec Clausula cum liberâ semper necessaria requiritur, ita ut si addatur, non vitiet, sed magis confirmet, ommissa tamen non reddat nullum; æquipollentibus enim verbis hæc clausula cum liberâ solet exprimi, daß der Principal all das jenige/ was der Procurator seineswegen verichtet/ woll genehm halten / uñ daß er das jenige thun solle und möge/ was er selbst/ wenn Er zur Stelle were/ verichten könnte / Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. n. 81. & seqq. (8) Necessè est exprimere ea, quæ aliàs speciale Mandatum requirunt, de quib. paulò infra, Carpz. Proc. Jur. Tit. 5. Art. 2. (9) Mandatum contineat annum & diem, Rosbach. in Proc. Civ. Tit. 20. num. 25. hoc tamen adeò præcisè non observatur, Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 1. num. 109. (10) & ultimò Mandantis Subscriptio & Sigillatio requiritur P. und G. D. Tit. 7. S. da auch etwa/ in verb. die Mandata und Vollmachten: ubi notandum, quod ob locutionem copulativam alterum ex his non sufficiat, verba enim hujus tenoris reperiuntur, nicht allein von den Partheyen gesiegelt/ sondern auch unterschrieben. Si v. quis nec literas pingere nòrit, sub-

Subscriptio per Notarium fieri potest, ita enim in eod. tit. der P. D. und wer nicht schreiben kan/ magß durch einen Notarium, oder sonst Gericht. Vollziehen lassen. Sed si quis Sigillum non habeat ad manus, alieno uti potest, vel si planè non habeat, subscriptione illud notare potest, in Ermangelung meines Siegels. Mandata tamen Regum, Principum, Episcoporum, Capitulorum & Collegiorum solâ sigillatione corroborata subsistunt; quod tamen non extenditur ad Mandata Comitum & Baronum, multominus nobilium *Carpz. d. l. num. 260.* Et hæc jam sunt præcipua Requisita Mandati Procuratorii solennis & in scriptis.

§. 13. Requisita præcedentia Mandati Procuratorii excipiunt nonnullæ quæstiones subsequentes. *Qv. n. l.* Si ex his Requisitis enumeratis aliquid desit, l. Mandatum sit imperfectum, quibusnam remediis tunc opus erit? *R.* Procurator illud producens, cum Cautione rati admittitur: habem⁹ & hæc de re clarum textum in der *Churf. P. und G. D. Tit. 7. §.* da auch etwa ein Mandat mangelhafft. Atq; hæc quidem Cautio rati ab ipso Procuratore interponitur in primo statim termino, actuq; corporali dicto §. da auch etc. in verb. wofern er sein Erbieten/als bald in solchen Termin zu wercke richtet. Principalis a. ea ratificare potest, quæ a Procuratore acta sunt sine perfecto Mandato admissio ante sententiam definitivâ, minimè v. post illam, *P. D. eod. Tit. §.* Trüge sichs auch zu &c. Hinc constitutum, ut l. Judex possit ejusmodi personam alieno nomine, sed haud legitimè & sufficienter habilitatam comparentem a Judicio ex officio, quamvis nec ab adversâ parte imploratus fuerit, repellere. Hæc Cautio rati & *J. C. l.* non ignota, sed maximè fundata est in *L. 1. C. de Proc. L. 33. §. ait Prætor π. b. t.* quæ Procurator non admittitur, si dubium sit de Mandato, deq; eo non certò constet, l. haud sufficiens sit Mandatum, *Franzk. Comment. ad h. t. num. 34.* Non tamen hæc Cautio rati eò casu procedit, quò speciale Mandatum requiritur, *Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 6. num. ult. Qv. 2.* Mandatum speciale quibus casibus requiratur? *R.* *DD.* hic non conveniunt, sed entia citra tamen necessitatem cumulant. *Petrus Rebuffus 47. recenset: Mozius in Tract. de Contr. Tit. Mand. facit 97.* Præcipui tamen casus in Foro Sax. habentur collecti ap. *Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 2. per tot.* Reassumptio sc. Processus, Renunciatio litis, Recognitio Documentorum, Præstatio Juramenti, Renunciatio hæreditatis, Documenta habere pro recognitis, Restitutionem petere in integrum, omnesq; illæ causæ, quæ magni sunt præjudicii

C

dicii



Jicii. Qv. 3. Quid Juris sit, si Procurator nullum prorsus habeat Mandatum, & tamen Procuratoris vices l. sustinere velit, l. ipso actu sustineat, l. conniventia partis adversæ l. ipsiq; Judicis? R. Sæpissimè quidem accidit, ut Procurator in Judicio admittatur, si adversarij l. Judex non contradicat: Distingvendv. a. esse arbitramur inter personas conjunctas & extraneas: illæ licet prorsus nullum habeant Mandatum Procuratorum, admittuntur tamen cum Cautione rati, nec hoc solùm de JClī juxta L. 31. & 40. π. h. t. sed etiam Jure Sax. Chursi P. D. Tit. 7. §. wir lassen aber gleichwol geschehen. Hos textus quidam Dd. saltem loqui existimant de Defensoribus, non v. de Procuratorib., ut nempe conjunctæ personæ defendere possint personas, lite pulsatas, ob consanguinitatē, l. affinitatem, non a. pro se ipsis agere. Nos tamen rectius cum Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 6. hunc textum tum ad agendum l. procurandum extendimus. Hæc n. Cautio rati, & à personâ conjunctâ, & ejus Procuratore, speciale Mandatum habente cum hypothecâ bonorum, actu corporali præstatur: hinc ita pronunciari solet: würde Kläger oder Anwalt Cautio nem rati mit Verpfändung seiner Haab und Güter Gerichtl. an geloben. Sunt hic conjunctæ personæ in infinitū in lineâ rectâ L. 35. π. h. t. in transversali etsi non rarò quartum gradum excedant, Zoëf. Comment. ad π. h. t. §. 13. ratione affinitatis admittitur absq; Mandato cum Cautione rati maritus pro uxore, Socer pro genero, & vice versâ: Gail. L. 1. Obs. 131. & Tit. 7. der Chursi. P. und G. D. verb. Wir lassen aber gleich wol geschehen/ &c. Limitatur tamen hoc certis casibus, quod conjunctæ personæ cum Cautione rati ad agendum. l. defendendum admitti possint, (1) Si personæ conjunctæ, quarum res agitur, expressè dissentiant & repugnent. (2) Si sint ejusmodi ætatis & conditionis, ut nec pro se ipsis in Judiciis agere possint, vid. Tit. π. de Postul. Si n. Pupilli l. Minores tutorē l. curatorē habentes pro conjunctis personis velint agere merito repelluntur Struv. ad h. t. θ. 25. aliter in. res evadit, si conjunctæ personæ sint ejs conditionis, ut ipsæ agere possint, Franzk. Comm. ad h. t. num. 39. Nec Amici pro aliis agere possunt, Bachov. & Franzk. ad h. t. n. 32. In conjunctis n. personis spes aliqua militat successionis, quod cessat in amicis, vid. & Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 6. num. 53. & 54. Alias personæ extraneæ certo respectu admitti possunt: Distingvimus n. hoc loco inter planè extraneas, & illas, quæ ex Societate quâdam aliis personis conjunctæ sunt: hæ, ut consortes litis, in re communi cum Cautione rati tam de JClī, quàm Sax. admittuntur: illæ v. prorsus à limine Judicii repelluntur

eur *L. 40. §. ult. π. b. t. L. 1. C. b. t. P. D. Tit. 6. in pr. in verb. Ungeachtet ob
er gleich Cautionem de rato bestellen wolte / & in verb. das Einbringen
auß Richterl. Amte verworffen. Hoc theoretici Jcti adeò ampliant, ut
Procurator extraneus, Mandatum prorsus nullum habens, in qualibet
Judicii parte repelli possit, qvàmvis ab initio fuerit admissus.*

*§. 14. Et tanrum de Mandato Procuratorio, de qvò in genere ex
Jure Sax. adhuc illud annectimus, qvò Judex Procuratorem, qvì aut
planè nullum Mandatum, Syndicatum, Curatorium vel Tutorium ad
Acta ponit, aut non statim cum prima positione, den ersten Sage / exhi-
bet & producit, pro primâ vice, mulcta 5. thalerorum, pro secunda,
10. & sic porrò deinceps puniri debeat, Vantius de nullit. & defect.
Mand. n. 64. & Tit. 6. der Churf. P. und B. D. in pr. in verb. soll dem
nach sein Advocat. Carpz. part. 1. Constit. Elect. 1. Defin. 26. Ex qvò for-
mula pronunciandi in hoc casu usitata annotari poterit: daß die von
Anwalden ohne Mandat eingebrachte Sätze von den Acten zu removiren,
und ist beclagter Kläger die Unkosten dieses Termins auffrichtige Er-
mäßigung zuerstaten schuldig / der Anwald aber / weil er ohne Mandat
versetzet in die derneuen Gerichts-Ordnung ein verleibten Straffe der
5. Thaler verfallen: Dehinc etiam in singulis causis & processibus sin-
gula Mandata sunt exhibenda, nec commune Mandatum sufficit ad
omnes causas P. D. Tit. 7. pr. & §. wann auch einer mehr als eine
Sache hätte.*

*§. 15. Insuper & Tutores pupillorum & Curatores Minorum, ab-
sentium, furiosorum, prodigorum & jacentis hæreditatis, sine ullo
solenni Mandato ad agendum vel defendendum alios admittuntur,
item de Jure Sax. Curatores mulierum. Illi v. Tutores & Curatores
ut sua Tutoria & Curatoria producant necesse est, secus sententia ipso
Jure nulla est, L. 4. C. in quib. caus. restit. in integr. necess. Vultej. Lib. 2.
Jurisprud. Rom. c. 30. Et qvàmvis Gail. lib. 2. Obs. 107. n. 5. &
ipsius assecla Berlich. part. 1. Concl. 16. num. 6. & seqq. opinentur
sufficere, ut si Tutores testamentarii sint, loco Tutorii exhibeant Copi-
am collationatam Testamenti vel aliud legitimum Instrumentum, ex
qvò Judici constare posset, eos esse testamentarios, attestantes simul
ita in Camerâ Imperiali die 29. Jan. Ao. 1568. in causa Stosberg / con-
tra Nassaw judicatum fuisse: Benè tamen eos refellit laudatus Vulte-
jus ex Ordinat. Imp. de Anno 1577. von der Pupillen und Minderjähri-
gen Kinder Tutorn und Vormunden. Nec obstat, qvòd Berlich. regerat*

Ordinationem illam parum aut omninò nihil ad rem facere, cum in eâ ne verbum quidem de ejusmodi legitimatione Tutorum testamentariorum habeatur, item quod & copia s. exemplum produci possit, præced. Concl. 14. num. 102. & seqq. Id hic attendendum venit, quod nullus Tutor administrationi Tutelæ præesse possit, nisi cui prius illa à Magistratu demandata & permessa fuerit: Ita namq; inter alia dicta Ordinatio habet: daß leglicher Vormund/er sey gleich Testamentsweise verordnet/ oder durch das Recht/ oder durch den Richter gegeben/ sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll/ die Verwaltung sey ihm dann durch die Obrigkeit decerniret und anbefohlen. Jam v. acturus in Judicio nomine pupilli non potest non prius docere, quod ipsi competat administratio, & per consequens etiam testamentarii Tutores Documentum quoddam Magistratus publicum proferre tenebuntur. Quod si v. sint pupilli l. Minores, qui Tutores l. Curatores non habeant, Judex illis ad litem dare solet. Quod etiam verum est Jure Sax. de Mulieribus, quæ simpliciter sine Curatoribus, ut supra diximus, non admittuntur Churf. P. D. Tit. 8. wie die Weibs Personen vor Gerichte handeln mögen/ §. da sie aber &c. Admittuntur tamen in Judicio Tutores, qui post pubertatem pupillorum Curatelam tacitè suscipiunt per Continuationem, quàmvis Curatorium non habeant, neq; à Judice specialiter sint confirmati Carpz. in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 3. per tot.

§. 16 Huc usq; dictum est, Tutores & Curatores in Judicio agere posse, quaritur h. l. Si plures illorum sint, an quilibet in solidum possit agere? Et optimè negatur, juxta gl. L. in pluribus, ibi Bartol & Bald. π. de Proc. De Jure Sax. ad evitandas lites & prolixitates ampliù singuli non admittuntur, sed conjunctim, ut unus ex pluribus nihil firmiter agat P. D. Tit. 9. Von den Vormunden und derselben Actoren in pr. Carpz in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 3. num. 82. & seqq. Solent potius plures Tutores l. Curatores conjunctim eligere Actorem, nisi periculum sit in morâ, l. unus l. alter ex Tutoribus absens sit. Hisce v. casibus arbitrio Judicis committitur, num admittere velit singulos Tutores l. Curatores P. D. Tit. 9. §. 5. Würden sie auch jemanden.

§. 17. In præcedenti Thes. mentio Actorū facta est, paucis igitur eos paulò penitius inspiciamus. Actores in Jure omnes dicuntur, qui negotia aliena non gerunt Mandatu Dominorum litis, sed qui l. Tutorum, Curatorum l. Syndicorum sunt Procuratores & Mandatarii, & hoc ipso differunt à veris Procuratoribus Franzk. ad h. t. num. 33. hinc

verbum hoc Actoris in Jure nostro nunqu. tribuitur Procuratori vero
uti & Germ. ab in vicem distat Vocabulum Anwald und Actoren P. D.
Tit. 9. in verb. sollen sie nicht einen Anwald, sondern Actoren verordnen.
Hi v. Actores Tutorum, Curatorum l. etiam Syndicorum in Judicio
sine Actorio non admittuntur, quod in omnibus convenit cum Man-
dato, & iisdem modis, de quibus supra diximus. Si vero ex Actis
ipsi Judici non constet de Tutorum l. Curatorum legitimatione, unã
cum Actorio Actor etiam Tutorum Curatorum l. Syndicorũ Tutoria,
Curatoria l. Syndicata producere debet, hoc igitur modo pronun-
ciari solet: daß angegebener Actor seine Person durch vorlegung eines
richtigen Actorii zu legitimiren / wie auch seiner Principalen Tutoria
und Curatoria bey zulegen schuldig. Si v. Tutor l. Curator moriatur, no-
vo iterum opus est Actorio novi Tutoris l. Curatoris. Pluribus videri
potest de horum officio & qualitate Carpz in Proc. Jur. Tit. 5. Art. 5.
num. 19. seqq.

§. 18. Rectã nunc viã progredimur ad ipsius Procuratoris Officium,
quod secundũ nonnullos Dd. in plurib9 consistit: Nos sequentia tan-
tum breviter annotabimus: (1) Consistit in eo, ut omnia agat boniviri
arbitratu, quæ Principalis ejus non solum in Judicio ageret: nec litem
saltem incipiat, sed quoq; ad finem perseqvatur. Non n. sufficit, si quis
litem l. agendo l. defendendo inchoet, sed etiam ad finem perducatur.
Hinc colligere possumus, illos officio suo malè fungi, qui ante senten-
tiam latam litem deserunt. Quæritur hic: An Procurator appellare te-
neatur? Distinctione hanc rem expediendam esse fatemur, si n. ad to-
tam causam fuerit datus, potest actionem proponere, adversus eam ex-
cipere, in causa concludere, sententiam audire, & sic ab eã appellare, &
nisi appellaverit, tenebitur Domino L. 3. C. de Proc. sic n. pronunciarĩ
assolet: uff erhobene Clage excipiendo sich ein zulassen / Urthel. zu verfab-
ren / litem zu contestiren / uff den bedarff Brieff und Siegel zu recogno-
sciren / Urthel anzuhören / zu leuteriren / zu appelliren / und das jenige zu
thun / was jedes Termins der Citation so wol der Sachen und Processus
Notturnfft erfordert. Nam quamvis sententia lata Judex officio functus
sit L. Judex n. de Jud. non tamen videtur hoc modo liberatus, cum to-
tam causam necdum peregerit, cujus appendix est Appellatio L. Judex
18. X. de Procur. L. 17. C. eod. Appellationem tamen à definitivã prosequi
tenetur L. per hanc C. de temp. Act. Tenetur igitur appellare, sed non Ap-
pella-

pellationem persequi, poterit & Domino denunciare sententiam esse
latam & Appellationem institutam. Alterum Officium Procuratoris
est, ut Principalem suum defendat in Reconventionem *L. 33. π. h. t. & L.
43. eod.* Quæ Reconventio h. l. nihil aliud est, quàm Actio rei conventi
adversus Actorem, durante Conventionis Judicio, vicissim sub eodem
Judicè legitimè instituta, *vid. L. pen. pr. 6. de Fructib. & lit. expens. voca-
turq; mutua petitio L. 1. C. rer. amot. t. t. X. de mut. pet. L. 11. §. 1. de Jurisd.
vid. & Gisib. Tract. de Reconvent.*

§. 19. Non possum non etiam paucis attingere susceptæ Procuratio-
nis effectum: (1) quod post litem contestatam, de J. Cli. Procurator fiat
litis dominus, juxta *L. 2. C. de Consort.* nam litem contestando suam fa-
cere videtur Procurator. (2) Alter effectus Procuratoris dati est, ut ejus
factum Domino noceat & prosit i. e. ut damnum l. incommodum Judi-
cati ad Dominum non ad Procuratorem pertineat, *L. 10. π. b. t.* quod ab
eo gestum quasi à Domino gestum habeatur, quat. Mandati fines ex-
cessit. (3) Ut Procuratoris culpa & negligentia Domino iterum noceat,
adeò ut Actio Mandati contra Procuratorem Domino ad interesse
suum consequendum: Hinc quæstio oritur: An Dolus & negligentia
Procuratoris Domino oblit? Et omnino videtur *per L. 10. C. de Proc.*, ubi
de eo, quod dolo v. fraude commissum à Procuratore, conveniendus
is dicitur more Judiciorum. Ratio est, quod imputare sibi debeat Domi-
nus, quod non providerit sibi de fideli Procuratore, *L. 23. in fin. de Mi-
nor.* Vid. *Gail. 1. Obs. c. 45.* sed si Procurator solvendo non fuerit, ut ita
frustra cum eo agatur, quomodo tunc procedendum erit? R. Actio re-
stituitur in Adversarium *L. 7. §. pen. π. de Dol. L. 8. §. 1. Mand.*, ne alieno
damno lucretur, *Panorm. ad c. 1. n. 16. X. ut lite non contestata & c.* (4) Insi-
gnis quoq; susceptæ Procurationis effectus est, ut Principali contra Pro-
curatorem detur Actio Judicati & ex stipulatu: Procuratori v. contra
Dominum competat Actio Mandati, & illi quidem directa, ut præstet,
quicquid ex causa Mandati ab est Domino *L. 10. π. b. t.* huic v. sc. Procu-
ratori Contraria, quâ recuperat litis expensas, si quas solvit, l. sese obli-
gavit, licet finem non imposuerit negotio *L. 46. §. 4. 5. 6 π. h. t.* Imò sala-
ria promissa l. ordinaria debita petit Mandati Actione Procurator *L.
1. C. Mand. modò sint certæ pollicitationis L. 17. C. L. 56. §. 3. π. Mand. L.
1. §. 10. π. de extraord. Cogn.*

§. 20. Restant Contraria: Suntq; modi illi, quibus officium Procura-
toris finitur & sic Procurator desinit esse. Finitur a. illud mox ex facto
Pro-

+ Dep: com-
petat.

Procuratoris l. Domini, mox sine facto alterius, ex causa intrinsecâ. Ex facto Procuratoris finitur Renunciatione Mandati, re integrâ, §. 11. *Inst. de Mand.* quando nim. ille Domini lites renunciat; imò & re non integrâ ex justâ causa, veluti ob capitales inimicitias inter Dominum & Procuratorem ortas *L. 8. §. fin. L. 9. & seqq. h. t.* Obstare quidem videtur, quod Contractus consensu duorum initus unius rei renunciatione non possit infringi *L. 35. π. de R. I. L. 5. C. de O. & A. Resp.* Id speciale est in nonnullis, uti in hoc ipso Contractu ac societate, unde rectè hic additur *re integrâ*, i. e. si negotium l. per alium Procuratorem æq; commodè possit perfici *d. §. 11.* Deinde desinit esse Procurator Revocatione Mandantis, quæ de J. Cli potest fieri ante L. C. sine ullâ causa, per hanc n. dominus litis efficitur, *d. l. 23. C. h. t.* atq; incipit desinere res esse integra: Ast post. L. C. desiderat causæ justæ cognitionem, quæ justæ causæ recensentur in *L. 16. & seqq. π. de Proc.* nim. ætas, religio, suspicio, vincula, captivitas, judicium publicum privatumve, valetudo, res major, propria, exilium, latitatio, inimicitia, affinitas nova cum adversario, si Procurator adversario hæres fiat, longa peregrinatio & similes: Revocatio hæc etiam sine causa procedit, ante L. C. *Zoel. in Comm. ad π. h. t. ex c. 2. eod. in 6. & L. 3. C. Mand.* ubi dicitur, etiam ante L. C. non aliàs removeri Procuratorem per dominum, nisi causa cognita, ibi namq; l. verba ista *causa cognita*, abundant, quia causæ cognitio non ante adhibenda, quàm L. C. quod tum demum non sit integra res: l. recipienda sunt pro cognito eo, litem non esse contestatam, *Cujac. 22. Obs. c. 10.* Cessat quoq; Procuratoris officium morte alterutrius, Domini nempe & Procuratoris, & tam Civili quam naturali, Domini quidem, si re integrâ interveniat mors Mandantis, quæ facit frustra postea Mandatum perfici, ratio est, quia cessat voluntas: aliter res evadit, si ignoraverit Mandatarius ante L. C. Dominum decessisse §. 10. *Inst. d. Mand. L. 26. π. eod. l.* Mandatarius litem sit contestatus ante obitum, *L. 23. C. h. t.* nec hæredibus obligatus est Procurator *L. 15. π. h. t. L. 26. 34. §. fin. π. Mand.* Solent v. hæredes post obitum domini citari ad causam reassumendam, vid. *Merula Lib. 4. Tit. 83. c. 5. Gail. lib. 1. Obs. 109. n. 6. 7. Autumn. ad L. 23. C. h. t. Berlich. 1. Concl. 27. n. 11.* Finitur & officium Procuratoris etiam re non integrâ, *L. 57. de Jud. L. 27. §. qvæ mand. π.* Deniq; officium Procuratoris finitur lite plenè finitâ, h. e. sententia definitiva *L. 10. 17. C. h. t. l. 1. π. de re jud.*

§. 21. Et hæc sunt, quæ de prolixâ nimis materia pro temporis angustia, proq; ratione Instituti publicè proponere lubuit: Feci quod potui, non quod volui. Summorum virorum & profectioris ætatis hunc esse laborem, quilibet ultrò fatebitur, modò cordatus sit Cato, non iniquus censor. Quædam minus ad rem tibi dicta videbuntur L. B. & brevior me alicubi fuisse, l. etiam plura, quæ huc pertinere poterant præterisse deprehendes, certo tamen id factum esse scias consilio. Fortassis quoq; nec stylus, nec methodus tui erit stomachi: Disputator ad te venio, non Orator, Celebrior vita & rerum forensium experientia, dante

DEO, omnem supplebit defectum,
DEO SOLI GLORIA!

57.
Ad Juvenem Præ-eximium ac literatissimum
DOMINUM
HENRICUM GREMPLERUM
Silesium, Jurium Cultorem solertissimum,
Amicum Svavissimum.

EXpetis à me, ut TIBI de hoc eruditionis Tuæ
Legalis specimine publico jam edito gratu-
ler; Quod petitur, cum & meo & tuo officio
haud sit indignum, haud detrecto. Meum quip-
pe est eorum, qui ad altiora tendunt, conatus &
consilio & voto sublevare, nec ingenia optima
debita sua laude defraudare, Tuum vero hanc
spartam, quam suscepisti ita condignè exornare,
ut te optimis quibusvis, ut jam facis, probes. Et
probabis porro, si ita, ut cœpisti, in hoc, quo, jam
curris, Studii Juridici stadio pergere haud desi-
nes, quod si facies, optimam de Te spem foveo
& cōcipio fore, ut nec RESPUBLICA SILESIAE,
nec familia tua, insigni sit caritura Ornamento.
Quod & auguror & ex toto pectore voveo. Da-
bam V Vittebergæ è Museo meo.


PRÆSES.

(0) 30
f

Wittenberg, Diss., 1674-75
X 241 8708

VD 17





4526

Q. F. F. F. Q.
DISSERTATIO JURIDICA

9
1674
1726

De
PROCURATORIBUS,

QVAM
AUCTORITATE ET CONSENSU MAGNIFICI
IUDICUM ORDINIS,
IN ILLUSTRISSIMA AD ALBIM WITTEB.

SUB PRÆSIDIO
VIRI MAGNIFICI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI,
ATQVE EXCELLENTISSIMI
**DN. VVERNERI THEODORI
MARTINI,**

J. U. D. & PAND. P. P. LONGE CELEBERRIMI,
SERENISS. AC POTENTISS. ELECT. SAXON. A CON-
SILIIS, CURIÆ ELECT. CONSIST. ECCLES. SCABINATUS
ET FACULT. JURID. QVÆ HIC SUNT, NEC NON
JUDICII PROVINCIALIS IN INFERIORI LUSATIA
ADSESSORIS GRAVISSIMI,

DN. PATRONI, PROMOTORIS ATQVE PRÆCEPTORIS

Omni honoris cultu atatem venerandi
PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
SUBMITTIT

AUTOR ET RESPONDENS


HENRICUS GEMPEL

Saganò - Siles.

IN AUDITORIO IUDICUM

AD DIEM VIII. APRIL. A. C. clc lcc LXXIV.

WITTEBERGÆ, Excudbat DANIELIS SCHMATZII Acad. Typ. relicta Vidua.



B.I.G.

Farbkarte #13

